



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. LXIX. Bononien. fideicommissorum de Victoriis. De eadem materia successionis legitimatorum in fideicommissis, Et de probatione filiationis ad eundem effectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

de Franchis de cur. 9. & in aliis; Aptissime dum con-
rabat, ut supra, testatorem non abhorruisse ille-
gitimos postquam legitimati essent, atque sub ge-
nere istos quoque comprehendere voluisse; Ideo-
que ad aliud diversum genus subsidiarie vocatum
post omnino defectum primum, seu ad alium sub-
stitutionis gradum transitus adhuc perfecte factus
non erat, & consequenter non agebatur de tollendo
jure jam quæso, cum maxima differentia sit inter
casum concursus personarum ejusdem generis,
quamvis diversarum linearum, seu colonellorum
concurrentium per reciprocam in eadem dispositio-
ne, seu substitutionis gradu, tanquam intra unum
genus ordinatam, & casum, in quo agatur de tran-
situ subsidiario de uno genere vel substitutionum
gradu in alterum; Et ex his mihi videbatur verè jus-
ticiam huic parti assistere.

BONONIEN. FIDEICOMMISS- SORVM

DE VICTORIIS.

PRO

BENEDICTO DE VICTORIIS

CPM

VICTORIO ETIAM DE
VICTORIIS.

Causa decisa per Rotam pro Benedicto.

De eadem materia successione legitimi-
matorum in fideicommissis, Et de
probatione filiationis ad eundem
effectum.

S Y M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Resolutiones cause.
- 3 De materia probationis filiationis remissivè.
- 4 Quomodo in hac materia procedendum sit.
- 5 Distinguuntur effectus, ob quos major, vel minor pro-
batio desideratur.
- 6 De adminiculis filiationis.
- 7 Satis attendenda est qualitas matris, & quomodo pro-
bandum sit quod alius non pateret accessus.
- 8 De circumstantia temporis antiqui satis considerabili.
- 9 De legitimati successione sub nomine legitimorum, &
naturalium remissivè.
- 10 Quando testator vocat illegitimos, ut post factum ca-
sum possint legitimari, multo magis censetur vocasse
jam legitimatos.
- 11 De theorica Cumani in l. cum ita remissivè.

D I S C. LXIX.

IN hac domo de Victoriis quatuor ordinata fue-
runt diversis temporibus fideicommissa; Unum

scilicet usque ab anno 1519. per Leonellum ab-
rum à Vincenzio; Alterum ab Antonio, & alterum
à Benedicto; Cumque ex eodem Benedicto
fuisent superstites filii, qui prolem procreaverunt
Antonius scilicet abavus Victorii, & Hieronymus
avus Benedicti, mediante Fabio dicti Hieronymi
filio naturali, dictusque Victorius prole de legitimo
iudicium ex remedio l. diffamari instituit con-
dictum Benedictum ejusque sex filios masculos,
per dictorum fideicommissorum expirationem
bonorum libertate coram V. Legato Bononia
istius sententia introducta per appellationem
in Rota coram Carpinea, divisa fuerunt dubia; pri-
mò scilicet allumptum fuit dubium super filiatio-
dicti Fabii, & pro affirmativa prodit resolutio
die 26. Novembris 1667. confirmata 14. Martii
Deindeque convolutum ad alterum dubium,
constaret de dictis quatuor fideicommissis ad bo-
rem dicti Benedicti, qui sit illorum capax, quomodo
venerit casus mortis dicti Victorii, sub die 17.
Aprilis 1669. in omnibus pariter affirmative resolu-
tum fuit, atque in hoc statu causa pendet.

Dux igitur ut supra fuerunt separatae diffinico-
nes, Una super filiatione dicti Fabii naturali-
tatem, sed legitimati, à quo in constantia legitimi
matrimonii procreatus fuit Benedictus habens
filios masculos pariter verè legitimos & in con-
stantia matrimonii procreatos; Et altera super
fideicommissis, quæ erant clara & literalia ad bo-
rem agnatorum legitimorum, sed cadebat dubium
an conveniret dicto Benedicto, tanquam de
denti ex radice infecta.

Quatenus pertinet ad primam, quamvis ut
scribentes in contrarium, quam alii, qui per
parte mecum scribebant, magnas, ac penè volu-
nosas ederent informationes, super singulari pro-
tionum speciebus, vel adminiculis & conjecturis
quæ in hac materia deduci solent, cum
phalanges doctrinarum & decisionum super ean-
dem probationum vel conjecturarum canonico-
ne vel respectivè rejectione, Transcribendo oppo-
sitores pro rejectione seu insufficienti probatio-
ne plene deducta apud Carill. decis. 136. alias decis. 97.
par. 8. rec. In altera Bonon. fideicommissi de V. dicitur
8. & 134. par. 12. rec. & in altera Bonon. fideicommissi
de Canobis, in qua ego scribebam pro eadem
filiationis 30. Januarii & 28. Junii 1662. coram
bergato; Et e converso nostri cumulando etiam
plene deducuntur apud Orthob. decis. 251. apud Bonon.
decis. 530 & 725. apud Rotas decis. 159. cum illis
ductis in hujus causæ decisionibus.

Mihi tamen iste labor inanis videbatur, ut
pro meo sensu clara ineptia est certam regulam
tuere seu veritatem desumere ex doctrinis & de-
cisionibus, quodque ob unum casum ita decisum
ter quoque pariformiter decideri debeat, ut frequenter
est pragmaticorum error; Iste siquidem hinc
fiones magis facti quam juris, in quibus cum
possibile sit certam veritatem, perfectamque proba-
tionem dare quoad patrem, cujus respectu acquirunt
illis qui in constantia matrimonii procreantur, de-
lam dare oportet præsumptivam pernece de
cendam ex adminiculis & conjecturis; Hinc
possibile est certam ac determinatam regulam
tanquam in materia conjecturali residente in
cis prudenti arbitrio, diversimodè regulando
diversorum casuum qualitatem seu circumstantias
ob quos, ut in hac materia fideicommissaria quæ
diè experimur, frequenter contingit, quod eadem
individuales conjecturæ in uno casu approbentur
in alio

in altero verò reprobatur, quoniam ita unius vel alterius facti qualitas exigit, inspecta conditione locorum, & temporum ac personarum &c. Illa solum generali regula statuta circa probationis differentiam inter effectus patri præjudiciales, præstationis scilicet alimentorum seu etiam capacitatis aliquid assequendi ex bonis paternis, ac alios effectus præjudiciales, tertio venient ex persona propria independentem à patre vel altero, ex cuius tractatibus vel actibus huiusmodi probationes vel adminicula resistent, ut primo casu levior probatio sufficiat, in altero autem fortior, magisque concludens.

Applicando autem ad rem, ultra multos tractatus & actus, per quos fratres Hieronymi dictum Fabium tanquam nepotem dictique Hieronymi filium falsi fuerant ac agnoverant de tempore ab omni suspitione alieno, & dum idem Fabius in infamiliæ arate constitutus erat, unde cadere non poterat suspitio affectationis, cum aliis actibus successivis, tam cum eodem Fabio donec vixit, quam cum ipso Benedicto; Necnon bene conclusam famam & reputationem. Ac fortius ob probatam conversationem dicti Hieronymi d. Fabii matris, cum aliis in huius causæ decisionibus enunciatis; Ego ad duas præsertim circumstantias satis reflectebam, Unam scilicet valde considerabilem, quod mulier, ex qua iste filius procreatus fuerat, erat persona nobilis & qualificata sub parentum vel conjunctorum custodia vivens, hunc filium ex furtivis amoris amplexibus suscipiens; Et alteram, quod ageretur de facto antiquo anni 1560. ferè sæculum excedente, & quando adhuc publicatum non fuerat Sac. Concil. Trid. cuius publicatio sequuta fuit de anno 1564.

Ex prima siquidem circumstantia inferebam ad minores probationes admittendas, præsertim verò circa illam probationem, quæ ad istos effectus tertio præjudiciales in fideicommissariis, ac feudaliibus, vel emphyteuticis successionebus principaliter desiderari solet, quod mulier sub viri custodia ita permaneret, ut aliis ad eam de tempore conceptionem non pateret accessus, & super quo scribentes in contrarium nimium insistebant cum magno cumulo auctoritatum, & decisionum, quarum omnium loco sufficit *decis. in Farsen. coram Corrado 23. Januarii 1647.* Id enim rectè procedit in illis partibus qui suscipiuntur ex meretrice, seu alias inhonesta muliere, aut ex vili pedissequa, ut erat casus in *dicta Bonon. de Canobis* cum similibus, secus autem ubi ex muliere nobili & qualificata in statu honestatis, sub parentum vel conjunctorum custodia vivente, ex qua partus suscipi non solent nec possunt, nisi mediantibus furtivis, nimiumque occultis frequentius nocturnis amoribus ac amplexibus, unde propterea satis incongruum, quinimo impossibile est huiusmodi probationem vel similem praticare, cum id ex qualitate personæ probatum dicatur.

Ex altera verò circumstantia temporis, duas deducebam illationes, Unam circa difficultatem probationis regulariter à temporis antiquitate resultantem ob mortem omnium personarum illius sæculi, quæ poterant esse informatæ, ob quam difficultatem intrat vulgaris propositio, ut minores probationes sufficiant. Et alteram circa exclusionem maculæ, adeo ut stante qualitate mulieris æque nobilis, non improbabilius prætendi posset istum filium esse legitimum in constantia matrimonii pro-

creatum, stante probatione tractatus præcedentis matrimonii, tunc enim ob adhuc non introductam formam à Sac. Conc. Trid. præscriptam super matrimonio celebrando in facie Ecclesiæ coram Patrocho & testibus, dabatur matrimonium præsumptum à præfato Conciliari decreto sublatum, hodie quoque usu receptum in illis partibus in quibus præfatum Concilium receptum non est, ut in *sua materia sub tit. de matrimonio*, ideoque iste casus tractandus non videbatur cum illis regulis & propositionibus, quæ habentur in filiis procreatis ex vilibus & inhonestis mulieribus.

Insistebant quoque scribentes in contrarium in eo quod non constaret de tractatu paterno, quem dicebant omnino ac principaliter necessarium esse, sed de facili difficultas cessabat ex facto, in quo iustificabatur, patrem circa initia susceptionis huius filii de quodam gravi delicto imputatum exulem fuisse, nedum ab hac Civitate sed à tota Italia toto tempore ejus vitæ, ita & taliter quod impossibile esset quicumque tractatus, qui tamen bene probabatur per eisdem fratres aliosque conjunctos, qui partes patris in hoc gesserant.

Quo verò ad alteram disputationis partem super fideicommissorum pertinentia, non obstante dicta natalium macula jam sublata per legitimacionem ab eisdem patris obrentam ipso Fabio adhuc adolescente, nulla juris questio cadere videbatur, cum assisteret etiam legitimati voluntas testatorum expressè ipsos vocantium, unde propterea intrabat vulgaris regula *text. in l. ille aualeff. de leg. 3.* ut in claris, ac expressis non intrent præsumptiones & argumenta; Multò magis quia testatoris voluntate non refragante, atque cessante concursu verè legitimorum, receptum est legitimatos, tam in conditionali, quam in dispositiva venire sub nomine legitimorum & naturalium, ut habetur in altera *Bononien. discurs. præced.* Fortius verò ex supradicta circumstantia, quod hic non esset de illis naturalibus, qui ex vili, & inhonesta muliercula suscipiuntur, sed potius ratione matrimonii præsumpti, vel sub ejus spe, & tractu, jure verè legitimi habendus erat.

Excitabatur in contrarium difficultas respectu unius ex dictis fideicommissis, quod testatoris voluntas restricta esset ad illos illegitimos qui facto casu successione, & post defectos legitimos facerent se legitimize; Sed verè erat contemptibile motivum, quoniam cui datur plus seu difficilius, multò magis datum censetur, quod est minus, ac facilius; Si enim testator voluit posse succedere illos, qui adhuc maculam habebant, quodque illam abluere possent post jam factum casum, & questum jus aliis legitimis successioribus, quod est longè fortius, ut eodem *disc. præced.* multò magis censetur voluisse successibiles eos qui ante factum casum in statu legitimo constituti erant; Et clarius, ac indubitanter quia successio non cadebat cum ipsomet illegitimo, ita fidè effecto legitimo, sed cum d. Benedicto, ejusque filiis procreatis in constantia legitimi matrimonii, atque in statu nobili & qualificato jam constitutis, ad instar aliorum nobilium, & legitimorum, unde ita pinguius, ac melius impletur testatoris voluntas & finis; Unde propterea deducebam ea quæ habentur supra in *Firmana primogen. disc. 33.* & in *Romana fideicommissi de Baldassini disc. 45.* super attendendo substantiam voluntatis testatoris non autem formulas verborum ut ibi.

Actum etiam fuit respectu alterius ex dictis fideicommissis, an vocatio proximiorum esset per solam

LUCA
ve
umentis
cat.
VI
9

solam vulgarem, ita ut terminaret in primo, vel etiam per fideicommissariam cum tractu successivo ad theoricam *Communi in l. cum ita alias omnia §. in fideicommissio ff. de leg. 2.* sed facti series clarè docebat versari in casu fideicommissariae cum tractu successivo, ut in decisione desuper edita latè probatur, & de qua materia habetur infra in *Ariminen. fideicommissi de Bartolucis disc. 92.* & in aliis ibi proximis.

RAPOLLEN.

SEV

MELPHIEN. FIDEICOMMISSI

PRO

PETRO DRAGINA

CVM

FRATRIBUS DE NIGRIS

Responsum juris.

Appellatione filiorum, An & quando veniant nepotes, & ulteriores descendentes, tam in parte conditionali, quàm dispositiva; Et quatenus etiam in hac ultima veniant, itaut censeantur vocati; An censeantur etiam gravati ordine successivo, vel potius vocatio terminet in primis.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 **D**e fundamentis cum quibus procedebatur in causa.
- 3 **Q**uod essent extranea à casu controversa.
- 4 **A**n sub nomine filiorum in parte conditionali veniant nepotes remissivè.
- 5 **A**n veniant in parte dispositiva, itaut gravatus restituere filiis, censeatur restituere nepotibus remissivè.
- 6 **V**ocatus filiis in quibus dispositio effectum sortiatur, isti non censeantur gravati restituere eorum filiis, atque ex vocatione activa non inferuntur ad passivam.
- 7 **F**allit ex conjecturis.
- 8 **H**abens pro se regulam, dicitur habere intentionem fundatam.
- 9 **P**onderantur plures conjecturae inducentes dictam salientiam.
- 10 **R**esponderetur singulis conjecturis predictis.
- 11 **M**ixtura seminarum & cognatorum excludit contemplationem agnationis.
- 12 **S**tant bene simul agnationem contemplari in uno genere personarum & non in alio.
- 13 **Q**uomodo ista materia decidenda sit, & quando conjectura reputentur efficaces vel inefficaces.

Stephanus de Nigris Castri seu Oppidi Rapollensis, seu Melphienis diocesis, haredibus Salustio & Carolo filiis, particulari dispositionem ordinavit, in quodam nure suo pradio, cum irridendo stylo, partim latino, & partim materno sermone per verba practica,

Item ipse testator declaravit, che nella sua ultima lascia trà l'altre robbe una Massaria seminata in quod quidem rus declaravit ipse testator acquisita nullis suis laboribus & dispendiis, e per ciò ordinata & comanda, che detti suoi heredi non la possino tractare modo e per nessuna causa etiam necessaria vendita, ligarla, alienarla, cangiarla, o sarme esta, mà a te di detti Salustio e Carolo sia de loro figli legitimi naturali pero; Et se per caso tutti due mbrifere, o naturali (quod absit) voluit & mandavit, che succeda detto de Nigris sua figlia legitima & naturale, e mancata cora detta Artemisa absque filio legitimo & naturali succeda il più propinqua della Casa de Nigris, puto testator voluit & mandavit predictum Rus tempore vari in familia, mundo durante, ne vuole, che ipse heredi d'altri, che vorramo in detta successione possino obligare, alienare, vendere, permuare, quomodolibet distrabere, preferendo sempre la detta sculina alla femmina, & prohibet trebellianicam & cidiam.

Prohibendo etiam detractionem legitimæ prædii, ne dismembraretur, ac etiam quod non possit, sed semper per succellores possideat indivisum & pro communi, mundo durante; Quod autem defuncto Salustio absque prole tota hereditas consolidata esset in Carolo, istius filii & heredi dictum prædium dederunt in solutum Petrus & Maria ejusdem Caroli creditori, contra quem & fratres nepotes ejusdem Caroli & Dominico filio judicium instituerunt viginti annis commissi prædicti ad eorum favorem partem. Cumque in partibus plura pro utraque parte essent voluminosa responsa, his committitur pro parte rei conventi consultus sui de proprio iudicio.

In præfatis autem responsis seu allegationibus scribentes hinc inde cum magno otio, ac labore Fusario & aliis apud eum cumlaverunt quæstiones habetur circa regulam deductam ex celebri consuetudine Oldradi ejusque limitationes, nec non circa regulam & limitationes deductas ex vulgari glos. in l. de vulg. & pupill. An scilicet & quando filii in conditione positi censeantur vocati, & quatenus censeantur vocati, an censeantur gravati, superfluitatem se diffundendo.

Respondi inanem videri hunc laborem, & in quæstionibus à casu controversie extraneis testator in casu quo ex filiis, primò d'instauratis superfluit filii istos expressè vocavit in verbis registratis, ibi, *mi a loro morte sia de loro figli, & propterea non cadebat quæstio de qua apud d. conf. 21. verè percutiens deficientiam conditionis sive substitutionis, ut ita superfluit filii non efficiantur libera; Minusque altera restituta glos. in l. Lucius, dum in claris, & expressis manent intrans præsumptiones, & argumeta ad vulgari text. in l. ille aut ille ff. de legat. 3.*

Quare decisio pro meo sensu pendere videbitur ab alia quæstione, An sub nomine filiorum censeantur necne nepotes, ac ulteriores descendentes, itaut illa verba *sia de loro figli*, conveniantur